Quelle: http://manuscripta.at/?ID=763
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et sunt que observan-
tes fratres in mo-
nasterio constituti.
Primum propter quod
in unum estis congre-
gati. caritatis vinculum custodiat-
ut unanimes habitetis in domo. et
sit vobis cor unum et anima una in
domino. Et non dicatis aliquid p
prium. sed sint vobis omnia communia.
et distribuatur unicuique unum a pre
posito vestro victus et vestitus.
non equaliter omnibus. quia non om
nes inter omnes valemus. sed potius unu
cuique sicut unicuique opus fuerit. Sic
enim legimus in actibus apostolorum.
quia erant illis omnia communia.
et distribuebatur unicuique sicut unu
cuique opus fuerat. Qui aliquid ha
bebant in seculo. quando ingressi sunt
monasterium. libenter voluerunt illud
esse commune. Qui autem non habe
bant. non ea querunt in monasterio.
que nec foris habere potuerunt.
si tamen eorum infirmitati quod
opus est tribuatur. etiam si paup
tas eorum talis erat quando foris e
rant. ut nec ipsa necessaria potuerunt
invenire. Tamen non ideo se putent
esse felices. quia invenerunt victum et
vestitum. qualem foris invenire non
potuerunt. Nec ingaudent divitiis. qua
sonantur eis ad quos foris accedere
non audebant. sed humilem se habeant.
et terrena ac vana non querant. nec ima
ginent monasteria esse divitibus vi
la non pauperibus. si divites illic hu
miliantur. et pauperes illic inflantur.
Sed multos etiam illi. qui aliquid de
habebant in seculo. non habeant fasti
dio fratres suos. qui ad illam sanam so
cietatem de paupertate venerunt. Ma
gis autem studeant non de paternis
divitiis dignitate. sed de pauperum
fratrum sociatate gloriari. Nec extol
lantur si qui vice de suis facultatib'
aliquid contulerunt. nec de suis omni
magis superbiant. quia eis in monas
terio patuerunt. quam si ipsis in se
culo fruerentur. Alia quippe quecunque
iniquitas in malis operibus committitur
ut fiant. superbia vero bonis operibus i
sidiatur ut perficiant. Et quid prodest
dispergere dando pauperibus. et pauperes
fieri. cui anima miseria superbie efficiat.
divitias contemptuendo quam fuerat
possidendo. Quos ergo unanimiter et
concorditer vivere. et honorate in vo
bismetipsis decet. cum templum facti estis
dei. et in canonibus instate. Capitulum
de oratoriis et templis consti
tutis. In oratorio nemo aliquid a
gat. nisi ad quod factum est. unde nomen
accepit. Si vero forte aliqui preter ho
ras constitutas. si eis vacat orare voluerint. non eis sint impedimento. qui
ibi aliquid agendum putaverint. Psal
mis et hymnis cum oratis. ut ipse
versetur in corde. quod profertur ore. Et
nolite cantare. nisi quod legitis esse can
tandum. Quod autem non ita scrip
tum est. ut cantetur. non cantetur. Cat

Liber canonicorum sancte marie in Neunburga claustralis